

116h.

Luigi Ricci

W

Rm

1062

47

**AUGUSTANÆ
CONFESSIONIS
JUBILÆUM SECUNDUM,
QVOD
ECCLESIA MAGDEBURGICA
D. XXV. JUNII A. MDCCXXX.
INCHOAVIT CELEBRARE,
URBIS GYMNASIUM
D. XXVI. EJUSD. AB H. IX. ANTE MERID. PIO CULTU
CONTINUARE STATUIT.
QVOS CONATUS UT SUA COHONESTENT
PRÆSENTIA
MÆCENATES & FAVTORES,
QVO PAR EST, STUDIO
ROGAT
M. GODOFR. BERGNER,
GYMNASII RECTOR.**

MAGDEBURGI,
Litteris Christiani Leberecht Fabri, priv. Typogr.

16.



Merita Confessorum, qui abhinc ducentis annis Augustæ Vindelicorum præclaram profitebantur confessionem coram multis magnisque testibus, sua quamquam radiant luce, immortalia sunt, nec gratæ posteritatis animis unquam excident; merentur tamen subinde juventuti cum primis studiosæ expendenda proponi, & eo maxime tempore, quò Ecclesiam Evangelicam hoc nomine exultantem in Domino conspicamur. Hoc enim pietatis studio testimonioque gratæ mentis exhibitio dispalescit, & quid facto opus sit homini Christiano, & qua debeat ratione sui memoriam commendare posteritati. Qui Christo nomen dedit, Christi legat vestigia, eum cum Promachis nostris sub vitæ, famæ fortunarumque periculo coram hominibus confiteatur, ut ipse ejus vicissim faciat mentionem coram suo cœlesti patre. Fidem ille suam inculpata vita commendet, lucemque suam in conspectu hominum lucere jubeat: & posteris comparebit, quod imitentur. Viderat divus Elector Saxo, Johannes, per octennium illud, quò ad Divi Fratris sui, Friderici sapientis, obitum usque hostium veritatis collimarent molimina: Viderant alii magni Principes & S. R. Imperii Status, quàm tenebrarum filii accensam in Deo à D. Martino Luthero, bella Domini strenue constanterque gerente, lucem verbi divini hominum offuciis irent suffocatum, ut inducta caligine suas porro palliarent artes ablatum-
que

si
m
ri
ci
p
n
b
h
a
b
x
i
7
A
e
p
l
c
d
v

que sibi à Theandro palladium ad defraudandos homines comparatum recuperarent. Hoc nomine sua, Deo in partes vocato, consilia conferebant, & dum singulis honor Dei, & sua suorumque salutis curæ esset, nihil non agebant, ut impedimenta sancti negotii removerent, hostes aut ad mitiora perducerent, aut divina virtute, qua ratione fieri posset, in ordinem redigerent, retenta verbi divini puritate. Neque bonum hoc bonorum institutum male cessit. Quem doctrinæ suæ nucleum, singulis ab omni parte probe pensitatis, composuerant iussi ab Imperatore, dum vocarentur ad comitia, in Augustissimo Cæsaris, Electorum, Principum & S. R. Imperii Statuum Confessu degustandum apponunt. Qui quamvis initio ad palatum esse videretur Cæsari laudatissimo, dum & acciperet & conderet, neque quibusdam aliis adversæ partis scriptum omnino displiceret; postea tamen pontificiis retibus captus ad Romanam ut redirent idolomaniam Confessores meliora doctos delinitis modò verbis, modo severa comminatione plus vice simplici compellabat.

Tanta molis erat divinam condere gentem!

Ecquid vero Civitatem Dei, Magdeburgum, sinceritate sua Deo magnisque Principibus jam ab aliquot annis commendatum, hoc in sacro conflictu? Sua quoque opera victoriam, de qua in præfenti epinicium in tentoriis justorum auditor, in Domino promovit. Non à scopo ablutere videbor, si statuero, ante-in- & post exhibitionem solemnem Augustanæ Confessionis eluxisse, Magdeburgum singulis in ea contentis adstipulatum fuisse, neq; illam solum promotam & conservatam voluisse; sed ad ejus quoque defensionem divino humanoque jure sibi concessa sub vitæ facultatumque jactura adhibiturum esse. Quò enim alias referam potioris hujus urbis partis studium in D. Lutherum paulo post coeptam in Electorali Saxonica sacrorum emendationem, hujusq; ore & scriptis perquam reverenter invitati responsionem & apparitionem haud invitam? Edoceri cupiebant nostri viam salutis liberarique jugo ex hominum com-

mentis structo, cui, quoad essent alligati, non Dei ad vitam, sed hominum ad mortem sequerentur ductum. His jungamus **XIIX.** theses ab emendato verbi divini Ministerio hujus urbis Clero papali a. C. clo Io **XXIV.** oppositas, quæ magnam laudatæ confessionis partem complectuntur. Nec alium in finem Theander Noftris **L. Nic. de Ambsdorff** commendabat, atque illi sibi submisfis apud Electorem Saxonem, Fridericum sapientem, expetebant, quam ut spiritualem sitim doctrinæ cœlestis restingeret satiaretq; pane vitæ absq; fermento humano hanc in rem proposito. Et quo putemus ardore nostros verba vitæ ex ore & calamo Ambsdorffii, Thaumasiandri non absimilis, excepisse? De sacri hujus studii fructu amplissimo testatur in aliis scœdus ab Electore Saxone, Johanne, Philippo, Landgravio Hassiæ, aliisque Principibus & R. I. Statibus Torgæ ictum amplificatumque hic Magdeburgi a. C. **MDXXXVI.** Nî enim constitisset Serenissimis Illustriissimisque Sociis de Magdeburgensium vera veri Dei cognitione & candore inexpugnabili, non in suas pertraxissent partes. Dum enim e Caroli V. mense Martii exaratis Hispali ad Ducem Brunsvicensem, Henricum literis cognorant, daret operam, ut, Electoribus & Principibus Papam adorantibus in auxilium vocatis, Lutherum sectantes extirparet, suarum esse partium arbitrabantur, ut pro causa Dei subire sustinerent, quodcunque modo in constantiam suam permitteretur. Et quid tandem impedit, quo minus ex urbis nostræ symbolo, quod cum Electore Saxonæ & Landgravio Hassiæ, præcipuis Augustanæ Confessionis assertoribus, **V. D. M. I. Æ.** commune habebat, unâ colligamus, suam quoque ad hoc confessionis negotium feliciter contulisse symbolam? Esto enim non uno tempore cum laudatissimis Principibus animi sui sensa his scripturæ verbis expressisse; sacra tamen urbis instituta eò unice collineabant, ut, quoad ejus fieri possêt, testarentur, se in verbi divini perpetuitate invenisse, quibus lætarentur. Quod cum reliquis fidei suæ Sociis præstare nequibant his in Comitibus Imperii R. præsentibus, Archi-Episcopi Clerique Papalis juribus in hanc civitatem impediti, compensabant absentes
pro

pro virili. Non enim dubitabit, cui de confessione Sociorum factis constat, varia cum Nostris communicasse ad sacrum hoc negotium quæ pertinebant. In multis hic adduxisse sufficiant Civitatis literæ ad Electorem Saxonem, Johannem, Augustæ à malis bonæ causæ ergò agitatum:

Trost-Schreiben der Stadt Magdeb. an Churfürsten zu Sachsen.

Durchleuchtiger Hochgeborner Churfürst, Ewre Churfürstl. Gnd. seyn unser willige Dienste allezeit zu vorn bereit, Gnedigster Churfürst und Herr, dieweyl Ewer Churf. Gnd. itz in merklicher Anliggende der gantzen Christenheit in frembden Landen groß bemühet, und ungezweyfelt nicht im geringen Widerstande, unter dem Heer-Pannier unsers Heylandes Jesu Christi zu schwern Kampfe stehen, wünschen und bitten wir auch, ingemein täglich von GOtt dem HErn Stärcke, Gedult, Gnade, und im theueren Worthe Christi fröliche Syge, welche wyr mit grossen Verlangen, doch alles nach des HErn Willen, erwarten, und wiewohl nicht zweyfel, syntemahl die Sache des HErn ist, auch alles, was die Göttliche Ehre betrifft, in seiner kräftigen Gewalt one Jemandts Verhinderung ihme furbehalten, und auch also gewislich ergehen wird, darzu vorlangst, es komme und ergehe, wie es dem HErn gefällig, bey seinem ewigen und unbetrügliehen wahren Worte zu bleiben, indeme nichts abschewen, schrecken noch dringen zulassen, mit wohlgehertzeten und guten Gemüthe, in dieselbige seyne gewaltige Hand, (doch in diesen allenthalben mit Bitte auf Göttliche Gnade), Wyr Uns begeben. Hetten dennoch, wie es sich itz des Heiligen Evangelions halber zutragen magk, oder zu welchem Ende es lauffen möchte, gerne Wissenheit, damith Wir Uns etzlicher massen Ewre Churf. G. und andere zur Dienstlichkeit, auch, in Unser selbst Nothdurfft, etwas geschickt machen, und alsdenn nicht übereyl möchten werden, bsunder mit Hülffe des HErn, seynen und Unsern Feinden widerstehen. Demnach, Gnädigster Churfürst und Herr, dieweil Unser zeitlich Trost, vornemlich auf Ewre Churf. G. rauwet, Bitten derowegen mit aller Dienstlichkeit gantz fleysig, E. Ch. G. soviehl als sich leyden will, Uns der Sachen Gelegenheit, ob Friedes zuhoffen, oder weytherung auf Unheyl zubeforgen sey, mit Gnaden verständigen, Sulchs umb E. Churf. G. welcher wir auch zu Göttlichen Liebe und Ehre, auch vieler Landen und Leuthen, gnedigen Troste, glücksfeliger Heynkunstt erwarthen, wollen Wir zu verdienen, Unser schuldigen Pflichte nach, allezeit mit ungesparten Fleisse villig und bereit seyn, Datum unter Unser Stadt Secret, Freytags nach Jacobi apli. Anno &c. 30.

Rahtmann und Innungs-Meister der Alten
Stadt Magdeburg.

Ut autem Urbis hujus magna in hanc Confessionem exhibendam merita fuerant; ita ejus non minora extiterunt in eam exhibitam. Doctrina hæc salutaris ab adversariorum insulibus defendenda erat, hoc nomine redactis ad incitas consulendum docendique reparato verbi divini thesauro collustrati, quomodo inculcata vita expriment doctrinam ab hominum commentis repurgatam. Atque hæc Dei beneficio non sine maximo

successu præstabat Magdeburgum. Namque hoc ipso memo-
 rabili anno ad magnorum Principum fœdus pro tuenda ani-
 mæ libertate, excusso jugo Pontificio, invitatum in Suis com-
 parebat Schmalcaldix: elapso septennio ratum habebat,
 quod præsentè Principum Statuumque piorum corona a pri-
 mariis Theologis, & in his Amsdorffio, consignatum approba-
 tumque erat, ad hostium machinationes evertendas, si Conci-
 lium Mantuæ, ut indictum erat, haberetur. Omnium autem
 luculentissima veritatis agnitæ testimonia elucebant, cum Cæ-
 sarea auctoritate captiosa religionis formula prodiret in lucem,
 quam tantisper ab utraque parte amplecterentur, dum Conci-
 lium proxime instituendum dirimeret controversias sacras,
 & regulam, qua incedendum esset in sacris, determinaret.
 Quos constantissimos Confess. August. assertores dixisses, tum
 minis Cæsareanis fracti rursus admittebant, quæ rejecerant,
 ut imminens periculum declinarent. Magdeburgenses autem
 ne tum quidem animum despondebant, cum fœderis Schmal-
 caldici Capita armis Cæsareis succubuissent, nec illis olim jun-
 cti sibi, nedum aliis consulere potuissent. Ad urbis deditio-
 nem severis literis provocati sic in aliis respondebant: *Unser
 lieber Gott wird alle Dinge nach seinen Göttlichen Willen und
 Wolgefallen wol schicken &c. Wir gedencken mit Gottes Hülffe bey
 den Christlichen Verstandnis zu bleiben &c. und zweiffeln gar nicht,
 unser Gott werde uns auch dabey schützen, und handhaben.* Ne-
 que hæc vana fuisse verba, sed re ipsa confirmata, patuit in
 diuturnæ durissimæque obsidionis perpestone. En insignia
 in Augustanam Confessionem merita Magdeburgensium!

Quæ cum ad honorem Dei & Ecclesiæ incrementum singula
 spectarent, Deus quoq;, qua fertur in suos misericordia, quam
 largissime fidem sibi præstitam remunerabat. *Carolus* quippe &
Mauritium Magdeburgo conciliabat, ut remitterentur illi, quæ
 alii ferre debuerant. Huc quoq; referendum est, quod in Ecclesia
 & Republica Viros exhibere potuerit divina virtute instructos,
 qui in sacrisæque ac civilibus ab utraq; parte se Deo, suis atq; ex-
 teris commendare perrexerunt. Suborta quandoq; litigia inter
 urbis incolas, qui paci consulerent, Heshusiana &c. Superiorum
 sapien-

sapientia ita composita sunt, ut brevi restituta fuerit quies expe-
 dita. Nec parum Urbi gloriæ peperit sex Theologorum cele-
 brium conventus in Cœnobio Bergensi, ut conditam Torgæ
 ante quadriennium Formulam examinarent, qua collapsa qua-
 dantenus fidei confessionis integritas instauraretur, nec refu-
 gium in ea permitteretur falsa sub recti specie venditantibus. Ad
 incitas videbatur redacta Urbs, quam civium turbæ controver-
 siaque Cramero-Eveniana afflixerat. a. C. clo DCXXXI. cum
 truculentissimorum hostium ferro flammaque; maximam partem
 destructa jaceret, enectis aut captivis fugatisque; Proceribus & ci-
 vibus potioribus. At vero & hoc afflicto rerum statu Deus suam
 oppressis gratiam exhibuit, dum collecti superstitēs haberent,
 quò fugerent ad salutem. Urbs è ruinis splendidior surrexit
 sub alis aquilæ Prusso-Brandenburgicæ instaurata. Quam autem
 Rex noster Augustissimus non de externo solum Urbis nitore,
 qui huc adventantium oculos in se convertit, adaugendo cogitat
 & incolis de ratione commode vivendi crescendique prospicit;
 sed spirituales etiam & internam cum primis eorum eminentiam
 promotam velit, gravia prostant de eo testimonia. Abhinc
 triennio quippe auctoritate Regia typis hac in urbe exscribe-
 bantur b. Arndti Libri, qui ad Christum viam muniunt, & è qui-
 bus genuinus Christi sectator cognoscatur, docent: & fidei
 Confessio ante hos ducentos annos in Augustanis comitiis Im-
 peratori Carolo V. exhibita, quæ, quid amplectendum quid-
 que fugiendum Deum sibi conciliaturo è scriptura S. haustum
 commonstrat. Neque aliud judicandum est de Regia consti-
 tutione & mandato Serenissimo, ut hac etiam in urbe Augusta-
 næ Confessionis memoria, quæ ducentos nunc annos Dei be-
 neficio vigorem valoremque retinuit, pio cultu tam in Eccle-
 sia, quam Schola recolatur. Nos vel hoc nomine Deo & Regi
 quam devotissimos profiteamur, atque, ut pietas nostra utri-
 que probeatur, comprecamur. Duri ergo casus, quos repetitis
 vicibus Magdeburgum sensit, non evertunt bonis institutis ac-
 quisitam gloriam; augent eam potius amplificandamque exhibent
 rem recta secum reputentibus via, magnumque apud
 externos ejus perennabit nomen,

Ego

Ego de sincero genuinæ religionis cultu urbis Magdeburgicæ jam in-
audire memini, cum duodecim annorum puer e Variscia in terras Saxoni-
cas anno 1672. venirem. Hinc post undecim annos Perillustri Marwizia-
næ Genti commendatus in Neo-Marchia pluribus de urbis præstantia edo-
cto mihi ejus vilendæ, crevit appetitus. Anno 1686. ad scholam Saldriam
Brandenburg. vocatus, pleniora comperiebam; plenissima vero, ubi habita
Oratione in memoriam secularem Saldriæ 1689. expeditisque in laudatæ
scholæ Reſtoratu ad annum 1693. expediendis, huc invitatus per 36. an-
nos coram perspexi, quibus acquiesco. Unum est, quod doleam, veræ pieta-
tis studium in juventute maxime frigere. Pergant, quibus datum est, mo-
nere, ut, extirpata petulantia, tot encomiis à multis, maximeqve his duobus
ultimis seculis collustratum Magdeburgum tueatur honorem & posteritas
inveniat, quod demiretur. Me hinc vixisse & b. c. Deo sepultum iri, non tæ-
det. Quia schola nostra in afflictissimo turbatæ obsessæque urbis statu ratione
ante hos centum annos A. Confessionis memoriam secularem recoluerit,
ego nondum potui expiscari. E triga sermonum à D. R. Backio in S. Æde Ca-
thedrali hanc in rem habitorum, pene colligitur, V. U. Verbi Ministerium
jubila quoque inter ejulatus prodromos edidisse. Quod si autem hac succes-
sisset via, b. Evenium, Scholæ Rectorem, non conticuisse, crederem. De dua-
bus ejus meditationibus a. 1630. habetur in Orat. Sec. a. 1717. In præfenti
placuit sacra secularia Superiorum jussu die XXVI. Junii ita disponere,
ut, ubi ego è cathedra argumentis evicero felicem Magdeburgi rerum
successum, cathedram conscendant IV. e nostro Musarum choro, quorum
I. *Frideric. Sigism. Seyde*, Benckensteinio Thur. decantabit stilo magnam
partem Venusino carmen seculare ex historia A. C. amplificatum.
II. *Joh. Fridemann Francke*, Isleb. recitabit metrum in vernacula nostra
compositum, quo pro concessio Fidei Confessionis thesauro Deo gra-
tiæ aguntur, atque, ut ad finem seculorum Ecclesiæ conservetur, pia
suspiria funduntur.
III. *Sam. Christian. Ule*, Magdeburg. sepultura Juliani Apost. I. R. d. 26. Jun.
a. C. 366. incitatus scholas ad puritatem verbi divini conservandam,
multum conferre lat. in prosa confirmabit, atque unà recolet b. Op-
permanni memoriam hujusque beneficium collaudabit.
IV. *Christoph. Valent. Wildegans*, Stasfurtho Magdeb. Conditorum Au-
gustanæ Confessionis durissimum laborem, & inde natam glotiam,
germanice explicabit & gratias aget Auditoribus Oratione soluta.
Hi, quæ singulis publice proposita erant, elaboranda sumserunt pro inge-
nii modulo. Quod institutum Invitatus bene consulturus esse, illi mecum
sibi pollicentur. Magdeburgi d. XXV. Jun. clo lo cc XXX.

AB 1539 11

ULB Halle
002 175 630





3

Sto.

1017







48

AUGUSTANÆ
CONFESSIO
JUBILÆUM SECUNDUM,
QVOD
ECCLESIA MAGDEBURGICA
D. XXV. JUNII A. MDCCXXX.
INCHOAVIT CELEBRARE,
URBIS GYMNASIUM
D. XXVI. EJUSD. AB H. IX. ANTE MERID. PIO CULTU
CONTINUARE STATUIT.
QVOS CONATUS UT SUA COHONESTENT
PRÆSENTIA
MÆCENATES & FAVTORES,
QVO PAR EST, STUDIO
ROGAT
M. GODOFR. BERGNER,
GYMNASII RECTOR.

MAGDEBURGI,
Litteris Christiani Leberecht Fabri, priv. Typogr.

16.